

INTROIT Ps 44: 13; 44: 15; 44: 16

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducántur Regi Vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia et exsultatióne. (Ps 44: 2) Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducántur Regi Vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia et exsultatióne.

COLLECT

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Mariæ virginitáte foecúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Tit 3: 4-7

Caríssime: Appáruit benignitas et humanitas Salvatóris nostri Dei: non ex opéribus justitiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit, per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum, Salvatórem nostrum: ut, justificáti grátia ipsius, herédes simus secúndum spem vitæ ætérnæ: in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Ps 44: 3; 44: 2

Speciósus forma præ filiis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis. V. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

(After Septuagesima, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Post partum, Virgo, invioláta permansísti: Dei Génatrix, intercède pro nobis. Allelúja.

TRACT

Gaude, María Virgo, cunctas hæréses sola interemísti. Quæ Gabriélis Archángeli dictis credidísti. Dum Virgo Deum et hóminem genuísti: et post partum Virgo invioláta permansísti. Dei Génatrix, intercède pro nobis.

GOSPEL Luke 2: 15-20

In illo témpore: Pastóres loquebántur ad invicem: Transeámus usque Bétlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes, et invenérunt Mariám, et Joseph, et Infántem pósito in præsépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de Púero hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt: et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastores, glorificántes et laudántes Deum in ómnibus, quæ audierant et viderant, sicut dictum est ad illos.

OFFERTORY

Felix namque es, sacra Virgo María, et omni laude digníssima: quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus, Deus noster.

SECRET

Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in veneratióne beátæ Mariæ semper Virginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION

Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portáverunt ætérni Patris Fílium.

POSTCOMMUNION

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimine: et, intercedénte beáta Virgine Dei Genetríce Mariá, coeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

All the rich among the people shall entreat Thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing. (Ps 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. All the rich among the people shall entreat Thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing.

O God, who by the fruitful virginity of blessed Mary hast bestowed upon mankind the rewards of eternal salvation: grant, we beseech Thee, that we may experience her intercession for us, through whom we have been made worthy to receive the Author of Life, Jesus Christ Thy Son, our Lord: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: the goodness and kindness of God our Savior appeared: not by the works of justice which we have done, but according to His mercy He saved us by the laver of regeneration and renovation of the Holy Ghost, whom He hath poured forth upon us abundantly through Jesus Christ our Savior: that, being justified by His grace, we may be heirs according to hope of life everlasting: in Christ Jesus our Lord.

Thou art beautiful above the sons of men: grace is poured abroad in Thy lips. V. My heart hath uttered a good word: I speak my works to the king: my tongue is the pen of a scrivener that writeth swiftly.

(After Septuagesima, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)

Alleluia, alleluia. V. After childbirth thou didst remain a virgin: O Mother of God, intercede for us. Alleluia.

Rejoice, O Virgin Mary, thou alone hast destroyed all heresies. Who didst believe the words of the Archangel Gabriel. Whilst a virgin thou didst bring forth God and man: and after childbirth thou didst remain a pure virgin. O Mother of God, intercede for us.

At that time, the shepherds said one to another: Let us go over to Bethlehem, and let us see this word that is come to pass, which the Lord hath showed to us. And they came with haste: and they found Mary and Joseph, and the Infant lying in the manger. And seeing they understood of the word that had been spoken to them concerning this Child. And all that heard wondered: and at those things that were told them by the shepherds. But Mary kept all these words, pondering them in her heart. And the shepherds returned, glorifying and praising God for all the things they had heard and seen, as it was told unto them.

For thou art happy, O holy Virgin Mary, and most worthy of all praise: because from thee arose the sun of justice, Christ, our God.

By Thy gracious mercy, O Lord, and the intercession of blessed Mary ever Virgin, may this offering be of avail to us for welfare and peace now and for evermore. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in veneration of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Blessed is the womb of the Virgin Mary, which bore the Son of the Eternal Father.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt: and through the intercession of the blessed Virgin Mary, Mother of God, make us sharers of the heavenly remedy. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.